amus libere: plurimū in amicitia dicorū bene suadentiū ualeat auctoritas: Eaq; adhibeatur ad monendū nō modo aperte sed etiā acriter/ si res postulabit: et adhibite pareatur.

Quid ei͂ȝ tam absurdū q̄ delectari multis inanibus rebus: ut honor/ ut gloria: ut edificio/ ut uestitu/ cultuq; corporis: animo at̄ uirtute predito: eo quod uel amar̄: uelut ita dicam redamari possit: nō admoduȝ delectari: Nihil est ei͂ȝ remuneratione beniuolentie nihil uicissitudine studiorum officiorumq; iocundius.

Quod si etiā illud addimus/ quod recte addi pōt: nihil est quod ad se rem ullā tam alliciat: et tam attrahat: q̄ ad amicitiam similitudo: Concedatur profecto esse uerū ut bonos boni diligant assistantq; sibi q̄i propinquitate coniunctos atq; natura:

Nihil est ei͂ȝ appetentius similiū sui: nihil rapatius q̄ natura.

Atq; etiā mihi uidetur quidē: qui utilitatis causa fingūt amicitias amabilissimū nodum amicicie tollere: nō ei͂ȝ tam utilitas

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. f.%20103v – Anthologia latina (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0172/f.%20103v)